

CAP. LI.

Semiariani qui fuerint.

Semiarianos Epiphanius dicit, qui simili-
 lis ² essentia dicunt Patrem, & Filium tan-
 quam non plenos Arianos, (quasi Ariani
 nec similem velint) cum hoc Eunomiani
 dicere celebrentur.

I Semiarianos.) Ariani ab Epiphanio Ἀρειομα-
 γίται dicuntur: hi verò, quos Semiarianos vocat
 Augustinus, ille Ἡμιαρείους, non sunt Macedoniani,
 sed qui alio quoque nomine Acatiani, ab authore
 suo nimirum Acatio Cæsareæ palæstinæ Episcopo
 monoculo & coclite, qui vt verum animi lumen
 amiserat, ita corporis quoque alterum oculum,
 vnde μονοφθαλμὸς nominatur. Ab hoc igitur Aca-
 tio qui Eusebio Pamphili in episcopatu successit,
 Acatiani, Semiariani dicti sunt. De quo Tripart.
 histor. libro 4. & Socrat. libro 2. capite 45. & li-
 bro 4. capite 22. & tota historia Ecclesiastica. Vt
 autem quæ fuerit hæc hæresis & vnde emerferit in-
 telligatur, res tota est altius ab ipso fonte arces-
 senda, qui est Arius. Ariani ab Ario, quemad-
 modum suprâ docuimus, appellantur, qui secan-
 tur & diuiduntur

authoribus suis.

vel ab

dogmate.

Ab authore quidem | Ariani,
 nominantur alij | Eudoxiani,
 | Eunomiani,
 | Actiani,
 | Pytheciani vel Cyrtiani.

Tot